



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 58. Ejusdem summi Pontificis epistola ad Aurelianensem Ducem eadem
in caussa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

„addatur gratia capiti tuo, & acci- Sæc. XVIII.
 „pias Regnum decoris & diadema spe- A. C. 1722.
 „ciei de manu Domini. Hæc autem
 „ab eo, per quem Reges regnant, Tibi
 „ex animo precantes, dum fructus tua
 „sapientia dignos ad lætitiã & coro-
 „nam nostræ senectutis expectamus,
 „Majestati tuæ Apostolicam benedictio-
 „nem amantissime impertimur. „

§. LVIII.

*Ejusdem summi Pontificis epistola ad
 Aurelianensem Ducem eadem
 in causa.*

Præterea Innocentius XIII. Papa ean- *Argentre |*
 dem causam Philippo Aurelianen- *Coll. Jud.*
 sum Duci impense commendabat, da- *t. 3. p. 481.*
 tis ad Eundem hisce literis: *Dorsann.*
Journ. t. 2.
pag. 128.

„Sollicitudo omnium Ecclesiarum,
 „quam superni dispensatione consilii
 „gerimus, urget Nos, ut turbatis Gal-
 „liarum Ecclesiis propter eos, qui pro-
 „ferunt mendacia, & seminant inter
 „fratres discordias, opem paternæ di-
 „lectionis & Apostolicæ Providentiæ of-
 „ficiũ impendamus. „

„Ut autem opportunius atque uti-
 „lius has pastorolis muneris partes ex-
 „pleremus, post fusas ad Deum preces,
 „qui pacem diligit & veritatem, Regiæ
 „potestatis subsidium ad avertenda tam

Hist. Eccles. Tom. LXXI. S „Re-

Sæc. XVIII. „Religionis quam Regni pericula dunt
A. C. 1722. „mus advocandum. Propterea pa
 „ternas literas ad charissimum in Christo
 „Filiū nostrum Ludovicum XV. Fran
 „corum Regem Christianissimum delib
 „mus hortantes & obsecrantes: ut in
 „lutari fædere sociatas conatibus no
 „stris potestatis suæ vires accommo
 „det, atque ad omnem discordiæ fo
 „mitem restinguendum studiis & votis
 „nostris obsecundet. Prosperos autem
 „successus nostræ sollicitudinis a tua
 „potissimum sapientia atque egregia
 „erga rem Catholicam & publicam ve
 „luntate expectamus. Tibi igitur de
 „lectissime in Christo Fili noster, quæ
 „cogitationes & curas tuas, pio sane
 „& laudabili consilio ad componenda
 „diffidia, pacemque restituendam hacten
 „tus intendisti, optatum laboris nostri
 „exitum commendamus. Quanta
 „inobedientium pertinacia, quibus no
 „tibus operæ tuæ fructum perdidert
 „quam insolenter in dies invalescat
 „& quantum in discrimen unitas Ec
 „clesiæ adducta sit, ipse præ ceteris
 „nosti, cum ex plurimis antea argu
 „mentis, tum maxime ex novissimis
 „quorundam Episcoporum literis schis
 „maticis prorsus & hæretico spiritu
 „plenis, quæ tibi non molestæ accider
 „non potuerunt. Enitere igitur pro
 „tua

„tua eximia in Nos & hanc S. Sedem Sæc. XVIII.
 „observantia, a qua majora semper spe- A. C. 1722.
 „ramus, ut regia potestate suffragante,
 „in Apostolicæ auctoritatis reverentia
 „sint isthic fratres unanimes, nec in
 „deferenda eidem sincera obedientia
 „novitas ulla subrepat, quæ proculdu-
 „bio aditum perpetuis dissensionibus
 „aperiret, paci vero & concordia re-
 „parandæ prorsus occluderet. Erit
 „proinde prudentiæ ac virtutis tuæ,
 „cui plurimum confidimus, ut Rex
 „Christianissimus, præsidium sanæ do-
 „ctrinæ seruat, & gravissimæ causæ Pa-
 „trocinium suscipiat, tam ad divini
 „Nominis gloriam, quam ad regiminis
 „sui tranquillitatem, pro sui enim Re-
 „gni salute geritur, quidquid pro quiete
 „Ecclesiæ vel sanctæ Religionis reve-
 „rentia laboratur. Ac Tibi Dilectissi-
 „me in Christo Fili Noster Apostolicam
 „Benedictionem peramanter imperti-
 „mur. „

§. LIX.

*Septem horum Præsulorum epistola
 Regii Senatus decreto confixa.*

Nec suo successu caruit summi Pon-
 tificis sollicitudo; cum enim Ques-
 nelistæ ad tantam prolapsi essent teme-
 ritatem, ut neo-electum Pontificem